Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

667

& omnium electorum. Dicite uiro qui uos ad me
misit. christo redemptori qui per uos me suis
fidelibus patefecit. Hec dicit dominus. exitans bo
num & faciens malum. Ecce ego mala super locum
hunc adducam. quia spiritum hominis reum preua
ricationis morti tradam. Super habitatores
eius mala inducam. quia sensus carnis spiritum
deprimentes per mortem extinguam. Omnia
uerba legis que rex iuda legit. quia nichil aliud
est in uerbis legis. nisi remuneratio hominis pro bonis
siue malis. Que rex iuda legit. quia christus rex uerba
legis per sue incarnationis mysteria exposuit.
Quia me dereliquerunt. quia primi parentes ti
morem & amorem meum postposuerunt. Diis alie
nis sacrificauerunt. cum superbie uane glorie
& auaricie se mancipauerunt. Irritantes me
in cunctis operibus manuum suarum. in cunctis ad
inuentionibus uoluptatum carnalium. Et non in
dignatio mea in loco hoc succendetur & non ex
tinguetur. eum spiritum peccatoris ignibus tradam.
& carnem uermibus exponam. Regi autem iuda sic
dicetis. qui regis christi mysteria mundo denun
tiabitis. Qui uos misit ut dominum ut consule
retis. quia christus rex uos pastores & doctores consti
tuit. ut per cunctis fidelibus dominum patrem exoretis.
Hec dicit dominus deus israhel. qui tuam incarnationem
ad mundi preordinauit redemptionem. Pro eo quod
audisti uerba uoluminis. in quo lamentationes.
carmen & ue continentur. & perterritum est cor
tuum. affectu intime compassionis. pro miseria
humane condempnatio[nis] ... nis. & humi
liatus es coram domino ... factus homo. au
ditis sermonibus dei patris. contra locum istum &
habitatores eius. contra spiritum animam & corpus
hominis. quod uidelicet fierent in stuporem. panem
suum uescendo per uultus sui sudorem. & in ma
ledictum. soluendo mortis debitum. & quia uesti
menta tua scidisti. cum humanitatem tuam in pas
sione disrupisti. & coram me fleuisti. dum pro pec
catoribus intuenisti. & ego audiui quod te, propi

tiatorem humano generi constitui. ait dominus spiritus
sanctus. qui tue redemptionis dispensabit opus.
Idcirco te ad patres tuos colligam. quia te per mortem
crucis exanimatum in sepultura terre cum patriar
chis & prophetis. progenitoribus tue carnis adiungam.
Colligeris ad sepulchrum tuum in pace. quia in se
pulchri tui requie pacem dabis omni electorum tuorum
familie. Ut oculi tui mala non uideant. ut fideles
tui quos tu custodis. ut pupillam oculi. eterne mortis
supplicia non sentiant. Que super locum istum sum in
ducturus. quibus spiritum peccatoris sum eternaliter ex
positurus. Nuntii regi renun
tiant. que olda prophetes dixerat. quia predicatores
ueteris ac noui testamenti sacramenta christi pronuntiant. que
scriptura predicat. Rex mittit. & omnes senes iuda &
ierusalem congregat. dum filius dei doctores synago
ge & ecclesie. patriarchas. prophetas. & apostolos. ad se con
uocat. Rex templum domini ascendit. dum christus rex
incarnationis & passionis sue mysterium dispo
nit. Omnes uiri iuda cum eo ascendunt. quia
sancti angeli incarnationis eius mysteriis. obsequium
sue deuotionis impendunt. Uniuersi qui in ierusalem
habitant. cum eo sacerdotes & prophete ascendunt.
quia omnes qui celestem ierusalem inhabitant. sancti apostoli &
prophete eius redemptioni testimonium dicunt. Omnis
populus cum eo ascendit. a paruo usque ad magnum.
quia omnis populus fidelium. incarnationis eius collau
dat mysterium. a paruo populo synagoge. usque
ad magnum populum ecclesie. a paruo populo coniugatorum
fidelium. usque [multitu...] ad magnum populum continentium
& spiritalium. Rex cunctis audientibus omnia
uerba libri federis legit. quia christus rex sua incarnatione
omnia mysteria legis paginet. per quod fedus pacis inter
deum & hominem in se mediatore instituit. Ipse
est enim liber uite. qui in extremo examine suis
electis sua uisione dabit securitatem eterne glorie.
Qui liber inuenitur in domo domini. quia ipse christus rex suis
electis seruatur in sanctuario celi. Stat rex super
gradum. cum christus rex resurgens a mortuis. sue resur
rectionis infert celis triumphum. Ferit fedus